



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De Imitatione Christi Libri Qvatvor

Thomas <von Kempen>

Antverpiæ, 1617

Cap. II. De humili submißione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45760)

CAP. II.

De humili submissione.

Rom. 8. 1 **N**ON magni pendas, quis pro
 & 1. te, vel contra te sit: sed hoc
 Cor 4. age & cura, vt Deus tecum sit in
 Psal. 27 omni re, quam facis. Habeas con-
 scientiam bonam, & Deus benè te de-
 fensabit. Quem enim Deus adiuuare
 voluerit, nullius peruersitas nocere
 poterit. Si tu scis tacere & pati, vi-
 debis proculdubiò auxilium Domi-
 ni. Ipse nouit tempus & modum li-
 berandi te, & ideò te debes illi resi-
 gnare. Dei est adiuuare, & ab omni
 confusione liberare. Sæpè valdè pro-
 dest, ad maiorem humilitatem ser-
 uandam, quòd defectus nostros alij
 sciunt, & redarguunt.

2 Quando homo pro defectibus
 suis se humiliat, tunc faciliter alios
 placat, & leuiter satisfacit sibi irascen-
 tibus. Humilem Deus protegit, & li-
 berat: humilem diligit, & consolatur:
 humili homini se inclinatur: humili lar-
 gitur gratiam magnam, & post eius
 depressionem, leuat ad gloriam. Hu-
 mili

Iac. 3.

Iob 5.

Matt. 11

mili sua secreta reuelat, & ad se dulciter trahit & inuitat. Humilis accepta confusione, satis benè est in pace: quia stat in Deo, & non in mundo. Non reputes te aliquid profecisse, nisi omnibus inferiorem te esse sentias.

CAP. III.

De bono pacifico homine.

TENE te primò in pace, & tunc poteris alios pacificare. Homo pacificus magis prodest, quàm benè doctus. Homo passionatus, etiam bonum in malum trahit, & faciliter malum credit. Bonus pacificus homo, omnia ad bonum conuertit. Qui benè in pace est, de nullo suspicatur. 1. Cor. 13.
 Qui autè malè contentus est & commotus, variis suspicionibus agitur: nec ipse quiescit, nec alios quiescere permittit. Dicit sæpè, quod dicere non deberet: & omittit, quod sibi magis facere expediret. Mat. 7
 Considerat, quod alij facere tenentur: & negligit, quod ipse teneatur. Act 1.
 Habe ergo primò zelum super teipsum, & tunc iustè